A[illegible] sex orbis tabulas accepi. Cum venerit, dabi-
mus tibi electionem. Queritur graviter de occultis
morsibus Henrici Gelderpii. Ea res mihi tam molesta
est, ut nihil supra. Talem virum, qui studio juvandi
communem eruditionem se semper totum impendit,
semper ego innocenter demiratus sum, nullo neque suo, neque
amicorum consilio, his prope jam viginti annis hanc
insatiabilem hirudinem excutere potuisse. Sed Deus
judicet populum suum. Dn. Polyander, nescio an meas
postremas acceperit. Amo virum et Deum oro,
ut liberet ipsum ab importunis hominibus καὶ ἀπὸ
τῶν τῶν ἀποσταβῶν ἐξ γυσομένων. Valete in Christo
qui est vita nostra. Conjux, mater, soror, Affines, Mea Mathea vos salutat.
Polyander cum uxore et liberis, tum ipsis, tum vestris.
3. Calendas Septembris in schola, ad Huleum 1575. Leo-
dearium cum pia conjuge noli praeterire, neque Levinum
Romer cum honestiss. uxore.

Hospes vester.

Johannes Molanus.

M. Francisco Ersinga Lirae 238)

Pax Christi.

Nescis generose vir, quid nobis acciderit. Id dum [= Arer. a. 7 - Nr. 252]
breviter commemoro, quaeso ut velis tantisper pati-
entiam accommodare. Sexto Calend. Septembris
1575. Bremam cum tribus liberis venit. Conjunx Livi-
ni te Romer, veteris hospitis nostri in corulea ra-
ce Emdae. Divertit ad Conradum Locum, ubi publicum
diversorium est Mercatoribus utrisque, ac mea-
toribus, illic quievit diem unum. Quinto Calend. acces-
sit ad eos tum viros, tum foeminas quos habebat in
hac urbe conjunctissimos. Tentavit suos liberos eo-
rum fidei committere, sed frustra. Videbant enim
eam rem plenam periculi esse. Quam nihil apud
amicos effecerat. Quarto demum Calend. ad me venit.
Recepimus die multumque ego et uxor mea, ne in fa-
miliam nostram reciperentur. Exilio Emdensis pe-

ſtilentiae vicinio remotos non poſſe ſine magno
diſcrimine intromitti. Praeſertim quum viderat
tantam mihi domum eſſe, tantam juventutem.
Reſpondit illa liberos ſuos plusquam menſem ſe
jam in horto quodam ſuburbano, remotos ab ur-
be delituiſſe, de contagione nullum metum eſſe.
breviter: Tot addidit preces, tam blande mulier
dixit, ut annuerem. Adduxit ergo ſubſequentem filium
unum et filiolas duas, quibus apud nos collocatis, eandem
poſtridie prima luce contendit. Quid faceremus?
conjunximus liberis noſtris, cum his faciunt menſa
una, lectus ſinguliſque unum cubile. Valuerunt unum
diem, et item alterum: Mox filiolus cui Petro
Americo nomen erat, inter manus noſtras neque
quam ſumentibus medico et chirurgo, exceſſit,
receptus in eorum numerum, qui inde iſti peſte
feliciter in Domino obdormierunt. Livinus re
cognita: filias revocavit. Hic ſane caſus aegritudi-
nem nobis attulit et anxietatem. Dei tamen, cu-
jus ineffabilis bonitas nunquam ſatis laudari pot-
eſt, haec omnes ſcholam et familiam noſtram inco-
lumem conſervavit, priorumque tamen nobis ipſis
cum felicitudine et precibus meritis eorum fatu-
rorum. Senſi annis ſuperioribus in morte filii
dulciſſimi et dilectiſſimae conjugis, veterato-
rium eſſe hoc contagium, et cum credas omnia
jam in tuto eſſe, ex inſidiis repente recrudeſcere,
multosque atrociter ſaevire. Ecce dum haec ad te lite-
ras paro, elapſis jam ſeptimanis tribus poſt pue-
ri mortem vicini noſtri chirurgi uxor, qui
curavit puerum mortuum et pollinctor fuit, de
improviſo correpta, interiit, heri ſepulta eſt,
multis ſtomachantibus, quaſi ego his malis ortum
dediſſem. Dominus profugium eſt mihi, qui me in
adverſis relevabit, et liberationis gaudio per-
fundet. Adjuvate nos veſtra interceſſione.

De quibus pueris ad me scripsisti, alterum quem ducebat
Mater lubens recepi, alterum recepi quidem, sed
tamen invitus. Est enim ea valetudine, quod dixi
quidem ejus patri, ut hoc quidem tempore parum
aut nullam studiis operam navare possit. Labo-
rat perpetuo fluxu aurium collecta sorde dolen-
tium. Tum autem quid de re pater nos certio-
res non fecit, quartana quoque illic corripit eum lenta
febris, quae affligit miserum, coepitque totum tempus
pomeridianum esse infectus. Experiemur omnia,
si poterit curari exquisita curatione et diligen-
tia, non excludetur receptus: sin inveniri tamen
his remedium non poterit, hanc asperam conditione
patri restituetur. Ex more hujus scholae (in qua nul-
lum penditur didactron) dederunt parentes pro in-
scriptione Rectori duos daleros, hic unum et illa
unum. Sed quia ex adolescente postea cognovi, eos
esse fortunis et patria excussos, alterum dale-
rum retuli in rationem accepti, ut in libros et
alias puerorum necessitates eum impendam,
nolim videri aut etiam esse nimis avidus pe-
cuniae. Dimidium plus totis. Id eis dictum velim,
si quando ad te venerint. Vale cum honestissima
conjuge. Bremae. 21. Septemb. 1575. filiusque tuus jam ferè
levatus est. Valet.

Johannes Molanus.

Johanni Molano Bremae 239)

Pax Christi.

Quanquam nihil est singulare, quod nunc scribam, Hanc ultimam Epi-
qui Praeceptori tamen hunc praesentem tabella- stolam à Comme-
rium, et aliquid etiam nactus, nolui officio meo deesse. [illegible] meo accepi.
[=Hs. a. 7, Nr. 252]
Video enim redimendam esse nobis omnem
occasionem, non tantum eo sensu, quo Ephesios
suos monet Apostolus, quoniam dies mali sunt: verum
etiam alio, quem nobis tot funesta exempla ob ocu-
los ponunt. Volt ille non Ephesios modo, sed et nos,
qui in fines saeculorum incidimus, quod corruptiores